



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Marcellvs Conf. 29. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

A Pamæ natus MARCELLVS patrem morte puer amisit. In puero tamen hoc mileri patrem suum invenerunt, cùm hereditatem omnem his cederet. Ephesi quoque quod scribendo lucellū sibi parabat, habebat cùm egenis commune. Pòst verò Abbas certavit etiam cum Deo liberaritate. Sed cur hic ab homine vinceretur? Itaque cùm x. numinos, qui uni reliqui erant, omnes erogari in captivos nuper Episcopos jussisset, mox dono xc. talenta recepit. Succensuit nihilominus dispensatori, quod uno retento nummo, fœnus x. talentis imminuisset. Taceo horreum vacuum mox frumento plenum, quod unis scilicet precibus suis MARCELLVS conuexit: quas quidem quām acceptas haberet Deus, ille vidit, qui supplicem humo ab Angelis vidit attolli, & solis instar nitere. Porro corpora ægrorum ita curabat, ut simul medicinam animis faceret. Quare Iudeus in morbum toties, quoties in perfidiam est relapsus, dum ludentem cum Dœ & Divo mors castigavit. Iam cùm Byzantium urbs tota flammis delenda esset, medium servavit MARCELLVS, igne lacrimis extincto. Cœnobium ipius cùm spoliare pararent milites, lux ingens hoc tegerè visa, in luce crux, è cruce verò tot fulmina, quot tela, quæ non jam manus in prædam, sed pedes in fugam docuit prædones conjicere. Ad do illud, cùm Reipublicæ causâ Leonem Imp. adiret, honoris causâ ab Angelis deductum esse, uti tam nobiles stipatores corporis monacho ipse puto Imp. invideret. Ex Metaphr.

Homo qui natura donum, munus anime, rationis benefi-

29
ben
culi
ctor
terr
serm
S. H
F
Per
qui
Le^c
abn
qua
muri
go se
ditio
mox
telis
PHO
bonu
dixe
serui
gint:
com
cùm
peri
lus c
ticun
cùm
revo
ter j
cibin
cho
Mori

beneficium, excellentiam sensus, artis industrias, culturae bonum per steriles actus evertit, mergit auctori fructum, cultori gratiam negat; sicut arbor ē terra, sic iste ē vitā moretur excidi. S. Petr. Chrys. serm. 106.

S. EBRVLPHVS CONF. 29. Decembris.

EBRVLPHVS ē regis Galliæ ad Christi aulam transiit, haud paulò honestiori loco futurus, Permoveare ad transitionem illa Christi verba, quibus non modò EBRVLPHVM, sed re etiam, Lector, hodie invitat: *Si quis vult venire post me abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Hæc, inquam, cùm attentiū apud animum suum considerasset EBRVLPHVS, quām vulgo solemus, non insuper habendam ratus est conditionem, quam non homo rex, sed Deus offerret: mox igitur conjugi, liberis, nulæ opibus, & clientelis vale ultimum dixit. Accessere comites EBRVLPHO tres alii, quibus omnibus in solitudines dux bonus angelus bonus fuit. Ibi, ut quod initio dixeramus, non aulam, sed dominum scires deseruisse, cellas exadificavit centum & quinquaginta, totidemque clientes numeravit, aluitque, commeatum subinde cælo suppeditante. Nam cùm dimidiis fortè panis, qui unus reliquis, imperio Divi, pauperi cessisset, adfuit continuò mulus cibariis onustus. Plus etiam sollicitus fuit viaticum divinum abeuntibus ē vitā ut daret: quare cùm sine hoc ē Sodalibus quidā deceſſisset, in vitam revocavit tantisper, tum demū cum hoc ire feliciter jussit. Ipse quoque ultimum æger præter hunc cibum aliud nullū multò tempore admisit, stomacho (vel animo potius) omnia humana respuente. Mortuus deinde inter preces suorum revixit, dum assensum